Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie nemoris et tacte continentis circa quadraginta posas site in Profunda Valle subtus mareschium de Chichivallie ? loco dicto in Quercu Renduti juxta pratum illorum de Gimello a borea, terram dictorum confitentis, Johannis Revilliodi, et Johanneti Bioudet ac Jaquete uxoris dicti Johannis Revilliodi et Petri Biouet a juria, prata Johannis et Peri Gay de Villard et liberorum Richardi de Mongilliand et pratum domini Viriaci a lacu, et pratum Johannis Corbet a vento.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie terre site en laz Pesetaz continentis circa duas posas juxta terram Stephani Brunaz a lacu, pratum Nycolleti et Francisci de Mura a juria, et affrontat terre predicti Petri Bioudet a borea, et cuidam planchie vacanti a vento.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie tacte seu geniperis site en Chevalletes continentis circa duas posas juxta terram Petri Bioudet a borea, terram Johannis Revilliodi a vento, et affrontat terre Petri Andree a lacu.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam maxi (=massi) terre et nemoris siti en Leversins (=l'Inversins ?) et in Costa de Altari juxta terram illorum de Sancto Georgio a juria, nemus prioratus Sancti Georgii a borea, terram Johannis Collon a vento, et terras Petri Bioudet et Ansermeti Bioudet a lacu,

Et generaliter omne illud et quicquid dictus confitens tenet quanodolibet vel possidet per se vel alium in toto territorio de Aultar et alibi de possessionibus et pertinenciis dicte grangie a Berchier versus Quercum ou Rendu versus Corbires versus Petram Souchyz versus Monfalcon et versus Chaddoens, et pro premissis rebus omnibus et singulis dicto confitenti ut prefertur abbergatis et non pro aliis per ipsum acquisitus superius inclusis, confitetur ut supra dictus Nycolletus confitens pro se et suis se debere et solvere teneri prefatis religiosis et suis quibus supra inclusis quinque solidis pro prato a Laderrier superius limictato videlicet octo cupas bladi medietatem frumenti et medietatem avene pulcri et receptibilis ad mensuram Nyviduni et quinque solidos Lausannenses de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis infra dictam grangiam de Altari persolvendos, eciam et pro decima bladi et nascencium levare solita annis singulis perpetue locis et terminis levare solitis persolvenda, scilicet bladi ut alii parrochie de Brutignier et nascencium ut alii de Longiro.

204 Item, de bonis dicti Johanneti eius fratris ex empto per dictum confitentem et Stephanum Lochard facto a dicto Johanneto medietatem pro indiviso cum dicto Stephano Lochard cuiusdam pecie prati site in Clauso Inferiori juxta pratum Claudii Revilliodi a vento, pratum eiusdem Claudii et terram dicti Nycolleti a juria, pratum eiusdem Nycolleti a borea, et viam tendentem de Altari versus Albonam a lacu.

Item, de proprietate et patrimonio dicti monasterii ex accensamento dicto confitenti facto per dictos religiosos et facturam perpetuam quam ipse confitens habet virtute accensamenti predicti in quadam pecia vinee sita subtus Bignyn continente circa unam posam cum dimidia juxta vineam Gabrielis Mistralis a juria, vineam nobilium Mistralium a borea, prata Stephani Fabri de Bignyn et Petru de Muynsie a lacu, pratum quorundem de Bignyn a vento, quam peciam vinee dictus confitens facit et tenet ad feyturam ? et culturam perpetuas ad usum bone vinee scilicet commungnies cum ligone de duobus annis et alias de omnibus operibus pertinentibus ad cultivationem dicte vinee ad terciam partem omnium fructuum in ipsa vinea crescencium et crescendorum per ipsos religiosos tanquam proprietarios ipsius vinee... (other conditions), witnesses Petrus Symondi de Castro Forti clericus et Ansermtus Bioudet de Longiro.

205 Petrus filius Johannodi Bioudet (Byoudet) de Longiro, 05 nov 1454 (anno et indictione quibus supra), de bonis que fuerunt dicti quondam Johannodi eius patris ex successione eiusdem, res et possessiones infrascriptas,

Primo, domum dicti confitentis quam inhabitat sitam apud Longiro cum casali, plateis, et curtinis eiusdem juxta ochiam Claudii Revilliodi a borea, domum Perreti Pivard que fuit Francisci Bioudet a juria, ochiam Petri Folli a lacu, et viam publicam a vento.

Item, quandam peciam terre sitam en Pereret loco dicto en laz Fin continentem circa unam posam cum dimidia juxta terram Perneti Folli a lacu, terram Ansermeti Bioudet a juria, et

affrontat vie publice tendenti de Longiro versus Albonam a borea, et terre Francisci et Nycolleti de Mura fratrum a vento.

Item, quandam peciam terre sitam in territorio de laz Nactaz loco dicto in Campo de Terrali continentem circa duas posas juxta terram Claudii Archet a juria, terram dicti confitentis que fuit Stephani Brunaz a lacu, et affrontat feereto ? de Longiro a vento, et terre Ansermeti Bioudet a borea.

Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope loco dicto en laz Nactaz continentem circa unam posam juxta terram Claudii Revilliodi a juria, terram Grangie de Aultal (elsewhere Outar or similar) quam possidet Claudius Revilliodi a borea, et feereto ? communi a vento.

Item, quandam peciam terre sitam in Fine dou Planuz continentem circa duas posas juxta terram Claudii Revilliodi a lacu, terram Ansermeti Bioudet a juria, et affrontat terre Perneti Folli a vento, et terris dicti confitentis et Ansermeti Bioudet a borea.

Item, quandam peciam terre sitam ibidem contigue continentem circa dimidiam posam juxta terram Claudii Revilliodi a lacu, terram Ansermeti Bioudet a juria, affrontat terre prelimitate a vento, et terre Johanneti Bioudet de Grangia de Altari a borea.

205v Item, quandam peciam terre sitam en Biolley loco dicto en Fravergiis ? continentem circa duas posas juxta terram Claudii Revilliodi a borea, terram Nycolleti Bioudet a vento, et affrontat vie publice tendenti versus Albonam de Longiro a juria et terris Nycolleti Bioudet [et] Claudii Revilliodi a lacu.

Item, quandam peciam prati sitam Biollietis continentem circa duas falcatas juxta pratum Claudii Revilliodi a lacu, viam tendentem de Longiro versus Albonam a juria, et affrontat rispe grangeriorum de Altari a borea, et pascuo communi ? grangeriorum de Altari a vento.

Item, quandam peciam terre et prati sitam in Nucibus continentem circa scilicet terra duas posas cum dimidia et pratum circa quinque falcatas juxta pratum Nycolleti Bioudet et Claudii Revilliodi a juria, pratum quoddam de Profunda Valle quod tenent illi de Mongilliand a lacu, et affrontat terre Johanneti Bioudet a borea, et communi a vento.

Item, quandam peciam terre sitam subtus Costam de Altari continentem circa unam posam juxta terram Nycolleti Bioudet a lacu, Costam de Altari a juria, et affrontat communibus pascuis a borea, et terre Ansermeti Girodi a vento.

Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope continentem circa unam posam juxta terram Claudii Revilliodi a lacu, costam grangie de Altari a juria, et affrontat terre supra proxime limictate a borea, et dicte coste a vento.

Item, quandam peciam terre sitam en les Chivalletes continentem circa unam posam juxta terram grangeriorum de Altari a vento, terram Colleti et Francisci de laz Muraz et pratum Petri Andree a borea, et affrontat prato Claudii Revilliodi a juria, et terre dicti Petri Andree a lacu.

Item, quandam peciam terre sitam en laz Porchery continentem circa unam posam juxta pratum Nycolleti Bioudet ex borea et juria, terram eiusdem Nycolleti de grangia de Altari a vento, et pratum Claudii Revilliodi a lacu, cense 1 bichetum [et] dimidium quarteronum frumenti ad mensuram Nyviduni, 4 quarteronos [et] dimidium quarteronum frumenti, et 3 quarteronos avene ad mensuram Albone pulcri bladi et receptibilis, ac 2 solidos 5 denarios et obolum Gebennenses, actum apud Brutignier in domo Johannis Frestaux alias Conversi presentibus Petro Symondi de Castro Forti clerico et Johanne Boverii de Sessier parrochie Bellecombe mancipio dicti Johannis Frestaux.

206v Johannetus Bioudet (Byoudet) filius quondam Johannodi Bioudet de Longiro, 08 nov 1454 (anno et indicione quibus supra), de pertinentiis grangie de Altari tam ex abbergamento dicto confitenti facto per predecessores prefatorum religiorum ut in ipso abbergamento constat quodam instrumento inde per Stephanum Mistralis de Bignens curie officialis Gebennis juratum 02 feb 1427 recepto et signato quam ex divisionibus inter dictum confitentem ac Johannem Revilliodi et Nycolletum Bioudet abbergatarios et condvisores in hac parte dicti confitentis, res et possessiones infrascriptas,

Et primo, quandam peciam prati sitam en laz Nactaz continentem circa quatuor falcatas juxta viam tendentem de Longiro versus (the script changes to a much darker ink here, but apparently the same hand) grangiam de Autal (elsewhere Outar, and in this terrier, often Altari) a lacu, viam tendentem de Longiro versus Albonam a juria, quandam viam tendentem a dicta grangia versus costam a borea, et quandam ferretum communem a vento.

Item, quandam peciam terre et prati sitam ibidem prope ultra viam a parte boree continentem scilicet terra dicra sex posas et pratum circa unam magnam falcata juxta pratum supra proxime limictatum quadam via intermedia a vento, prata dictorum Johannis Revilliodi et Nycolleti Bioudet et pascuum communem a lacu, viam publicam tendentem de Longiro versus Albonam a juria, terram et pratum dicti Nycolleti Bioudet a borea, (inserted by reference mark : quam falcata prati Petrus Andree tenet virtute cuiusdam vendicione sibi per dictum confitentem sub gracia reacheti facte unacum una posa terre contigua).

Item, quandam peciam prati sitam versus Pratum Berard continentem circa quatuor posas juxta terram Johannis Revilliodi a juria, terram Nycolleti Bioudet a lacu, et affrontat terris Johannis Revilliodi ac Petri et Francisci Bioudet a vento, et terre Petri dou Bugnyon alias Jannini de Gimel a borea.

Item, quandam peciam prati sitam in Prato Berard continentem circa tres falcatas juxta pratum Johannis Revilliodi quod possidet Petrus Andree a juria, viam tendentem de Longiro versus Albonam a lacu, et affrontat prato Ansermeti Bioudet a borea, et terre Claudii Revilliodi a vento.

207 Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope ultra viam loco dicto en Biolley continentem circa quinque posas juxta terram Nycolleti Bioudet a vento, terram Ansermeti Girodi a borea, et affrontat vie publice tendenti de Longiro versus Albonam a juria, ett erre Nycolleti Bioudet a lacu.

Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope loco dicto in Ochiis continentem circa quatuor posas juxta terram Nycolleti Bioudet ex juria et lacu, et affrontat terre et prato Stephani Janinet a borea, et prato Nycolleti Bioudet predicti a vento.

Item, quandam peciam prati sitam ibidem prope loco dicto in Prato a Laderrier continentem circa unam falcatam juxta pratum dicti Nycolleti Bioudet a vento, pratum Claudii Revilliodi a juria, terram eiusdem Claudii Revilliodi a borea, et quendam rivum a lacu.

Item, quandam peciam terre sitam eis Salies continentem circa quatuor posas juxta terram Claudii Revilliodi a vento, terram dicti Nycolleti quedam rivo intermedio a borea, et affrontat vie publice tendenti de Longiro versus Albonam a lacu, et pratum Claudii Revilliodi a juria.

Item, quandam peciam terre sitam eis Biollies continentem circa tres posas juxta terram Nycolleti Bioudet predicti a juria, terram Claudii Revilliodi a lacu, et affrontat terre predicti Claudii a borea, et terre eiusdem Nycolleti Bioudet a vento.

Item, quandam peciam terre et prati sitam ibidem prope continentem scilicet terra circa octo posas et pratum circa unam falcatam cum dimidia juxta pascuum communem bonum grangiorum de Aultal et pratum Claudii Revilliodi a juria, pascuum seu feeretum communem a vento, terram Claudii Revilliodi a lacu, et terram Nycolleti predicti a borea.

Item, quandam peciam terre sitam ou Chatagnier continentem circa sexdecim posas juxta terram dicti Nycolleti Bioudet a juria et vento, nemus dicti donfitentis et aliorum grangeriorum de Aultal contra Profundam Vallem a lacu, terras dicti Palliex de Gimel a borea.

Item, quandam peciam terre sitam en laz Malafin continentem circa duas posas juxta terram dicti Nycolleti Bioudet a vento, terram dicti confitentis a borea, et affrontat terre Claudii Revilliodi a juria, et terra Nycolleti Bioudet predicti a lacu.

Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope continentem circa quatuor[r] posas juxta terram Claudii Revilliodi a vento, pascuum communem a borea, et affrontat terris eiusdem confitentis et Claudii Revilliodi a juria, et terre dicti confitentis a lacu.

207v Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope loco dicto en la Beriouz continentem circa duas posas juxta terram Nycolleti Bioudet antedicti a vento, terram Claudii Revilliodi a borea, et affrontat pascuo communi a juria, et terre dicti confitentis moventi a dicti religiosi a lacu.

Item, quandam peciam terre sitam ibidem prope continentem circa duas posas juxta terram Claudii Revilliodi a borea, terram Claudii Archet a vento, et affrontat terre Nycolleti Bioudet sepedicti a lacu, et pascuo communi a juria.

Item, quandam peciam terre sitam en Chevalletes continentem circa unam posam juxta terram Perreti Pivard a vento, terram eiusdem Nycolleti Bioudet a borea, et affrontat terre Petri Andree a lacu, et terre Stephani Lochard a juria.

Item, quandam peciam prati sitam in Claudio Superiori continentem circa duas falcatas juxta pratum Nycolleti Bioudet a juria, pratum Claudii Revilliodi a lacu, curtile dicti Nycolleti a borea, et pascuum communem a vento.

Item, quandam peciam prati sitam in Prato Burgo continentem circa duas falcatas juxta pascuum communem dicti confitenti et aliorum grangeriorum de Aultal a lacu, viam publicam tendentem de Longiro versus Albonam a borea, pratum dicti Nycolleti Bioudet a juria, et pratum Claudii Revilliodi a vento.

Item, quandam peciam curtilis sitam ante grangiam de Aultal continentem circa dimidiam fossoratam juxta curtinam dicte grangie a borea, curtile Nycolleti Bioudet a lacu et vento, viam tendentem de Longiro versus dictam grangiam a juria.

Item, reachetum perpetuum dicto confitenti pertinens in quadam pecia prati quam tenent Nycolletus Bioudet et Stephanus Lochard virtute cuiusdam vendicionis eisdem facte sub gracia reacheti per dictum confitentem sita in Clauso Inferiori continentem circa quatuor falcatas juxta pratum Claudii Revilliodi a vento, pratum Claudii Revilliodi et terram dicti Nycolleti Bioudet a juria, pratum dicti Nycolleti Bioudet a borea, et viam tendentem de Aultal versus Albonam a lacu.

Item, reachetum dicto confitenti pertinens in quadam alia pecia prati quam tenet dictus Nycolletus eius frater ex vendicione eidem per dictum confitentem sub gracia reacheti facta ut asserit dictus confitens sita in Prato Burgo continente circa duas falcatas juxta pratum dicti Nycolleti ex lacu et borea, domum eiusdem Nycolleti a vento, et viam proxime dictam a juria.

Item, terciam partem pro indiviso cum Nycolletto Bioudet et Johanne Revilliodi cuiusdam pecie terre site in Profunda Valle loco dicto en Agnillies continentem circa novem posas juxta terram dicti Nycolleti que fuit Johannis Trippet a juria, pratum Hugoneti Bouczan et Johannis de Baczin a lacu, et affrontat prato Johannis Corbet a borea, et terris heredum Francisci dou Coster et Mermeti Vulliaud a vento.

208 Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie prati et planchie continentis circa sex falcatas site in Pascuis de Boviis ? juxta communia a vento, pratum Johannis Revilliodi et Petri Bioudet a borea, pratum dicti confitentis et Johannis Revilliodi a juria, terram dicti confitentis a lacu.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie nemoris et tacte continentis circa quadraginta posas site in Profunda Valle subtus Mareschium de Chichivallie loco dicto in Quercu Renduti juxta pratum illorum de Gimello a borea, terras dictorum confitentis, Johannis Revilliodi, et Nycolleti Bioudet ac Jaquete uxoris dicti Johannis Revilliodi et Petri Bioudet a juria, pratum Johannis et Petri Gay de Villard et liberorum Richardi de Mongilliand et pratum domini Viriaci a lacu, et pratum Johannis Corbet a vento.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie terre site en laz Pessetaz continentis circa duas posas juxta terram Stephani Brunaz a lacu, pratum Nycolleti et Francisci

de Mura a iuria, et affrontat terre predicti Petri Bioudet a borea, et cuidam planchie vacanti a vento.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam pecie tacte seu geniperie site en Chavalletes continentis circa duas posas juxta terram Petri Biondet ? (written Biôdet, suggesting that the omitted letter should be an *n* or *m*) a borea, terram Johannis Revilliodi a vento, et affrontat terre Petri Andree a lacu.

Item, terciam partem pro indiviso ut supra cuiusdam massi terre et nemoris siti in Lenversins et in Costa de Altari juxta terram illorum de Sancto Georgio a iuria, nemus prioratus Sancti Georgii a borea, terram Johannis Collumbi a vento, et terras Petri Bioudet et Ansermeti Bioudet a lacu,

Et generaliter omne illud et quicquid dictus confitens tenet quomodolibet vel possidet per se vel alium in toto territorio de Aultal et alibi de possessionibus et pertinenciis dicte grangie a Berchier versus Quercum Renduti ac versus Corbieres eciam et versus Petram Sanchyz et versus Montem Falcatus necnon et versus Chawens, cense inclusis quinque solidis pro prato a Laderrier superius limictato videlicet 8 cupas bladi medietatem frumenti et medietatem avene pulcri bladi et receptibilis ad mensuram Nyviduni et quinque solidos Lausannenses de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendos, eciam et ultra censum predictum decimam bladi omnium terrarum ipsius confitentis et nascencium levare solitam in parrochia de Brutighier et de Longiro, witnesses Petrus Symondi de Castro Forti clericus et Johannes Revilliodi de Longiro.

209 Ansermetus Byoudet alias Girodi de Longiro filius quondam Francisci Girodi, 05 nov 1454 (anno et indicione quibus supra), de bonis que fuerunt Girodi Bioudet de Longiro et deinde dicti Francisci eiusdem confitentis patris filii dicti Girodi quondam ex successione eiusdem, res sequentes,

Et primo, quandam peciam terre sitam in territorio de Longiro loco dicto en Ecclesiis continentem circa duas posas quam tenet Stephanus Brunaz virtute vendicionis sibi facte sub gracia reacheti juxta terram Johannis Revilliodi a iuria, prata Johannis Revilliodi et Stephani Reymondi a lacu, et affrontat pascuis communibus a borea, et terre Stephani Brunaz a vento.

Item, quandam peciam terre sitam in Fine de Pereret continentem circa duas partes unius pose juxta terram Stephani Brunaz a iuria, terram Petri Bioudet a lacu, et affrontat vie publice tendenti de Longiro versus Albonam a borea, et terre Claudii Archet a vento.

Item, quandam peciam terre sitam ou Planuz continentem circa quatuordecim posas juxta Costam de Altari a iuria, terram Petri Bioudet a lacu, et affrontat terris Johannis Revilliodi et quondam dumo dou Mourier intermedio a borea, et terris dicti Petri Bioudet ac Petri et Perneti Folli a vento.

Item, quandam peciam terre sitam in Favergiis ? continentem circa unam posam quam tenet Claudius Archet sub gracia reacheti juxta terram Johannis Revilliodi a vento, terram Johanneti Bioudet quam possidet Nycolletus Bioudet a borea, et affrontat terre Johannis Revilliodi a lacu, et vie publice tendenti de Longiro versus Albonam a iuria.

Item, en Pra Berard quandam peciam terre et prati continentem scilicet pratum unam falcatam et terra circa unam posam juxta terram dicti confitentis a juria, pratum Johannis Archet a vento et borea, et pratum Johannis Revilliodi a lacu.

Item, quandam peciam prati sitam ibidem prope continentem circa dimidiam falcatam quam tenet Claudius Archet sub gracia reacheti juxta terram Claudii Archet a vento et borea, et affrontat terre dicti confitentis a juria, et prato Petri Bioudet a lacu.

209v Item, quandam peciam prati sitam en Jorat continentem circa sex falcatas juxta pratum Petri Barat a vento, pratum Perneti (=Peroneti, both names are given in this reconnaissance, apparently referring to the same man) Folli a borea, et affrontat prato Nycodi de Argier a juria, et prato Peroneti Folli a lacu.

Item, quandam peciam prati sitam retro laz Coudraz quam tenet Petrus Andree sub gracia reacheti continentis circa duas falcatas juxta prata Petri Folli et Stephani Brunaz a juria, prata dicti Stephani Brunaz et Perneti Folli a lacu, et affrontat prato dicti petri Folli a borea, et prati dou Dos ? quodam rivo intermedio a vento.

Item, quandam peciam prati sitam in Prato Berard quam tenet Petrus Andree sub gracia reacheti continentem circa unam falcatam juxta prata Claudii Archet ex vento et borea, terram dicti confitentis a juria, et pratum Claudii Revilliodi a lacu.

Item, quandam peciam prati sitam ibidem prope continentem circa dimidiam falcatam juxta pratum Claudii Archet ex borea et vento, et affrontat terre dicti confitentis a juria, et pratis Claudii Revilliodi et Petri Bioudet a lacu.

Item, quandam peciam terre sitam loco dicto en les Ygleses quam tenet Stephanus Brunaz sub gracia reacheti continentem circa unam posam cum dimidia juxta terram Stephani Brunaz a lacu, viam publicam tendentem de Longiro versus Albonam a juria, et affrontat terre eiusdem Stephani Brunaz a vento, et pascuo communi a borea, cense inclusis quatuor solidis et duobus denariis pro pratis de laz Coudraz et de Prato Berard videlicet 10 quarteronos frumenti, 6 quarteronos avene pulcri bladi et receptibilis ad mensuram de Albona, ac 8 solidos et 4 denarios Gebennenses, witnesses Johannes Frestaux et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

210 Petrus Andree de Longiro, 29 nov 1454 (anno et indicione quibus supra), tanquam heres Peroneti Bovachon ? de Longiro qui Peronetus habebat causam a Nycola de laz Muras prefatis religiosi et suis predictis, videlicet unum quarteronum frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Nyviduni et sex denarios Gebennenses ad causam meneydarum antiquitus solvi solitaris de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendos.

Item, confitetur ut supra dictus Petrus confitens se tenere ut supra a prefatis religiosi et suis quibus supra in feudum ligium de bonis que fuerunt Johanneti Bioudet de Longiro hominis ligii prefatorum religiosorum et emptis per dictum confitentem factis, res sequentes,

210v Et primo, quandam peciam terre que fuit Johanneti Bioudet dicti Johanneti quondam patris sitam en laz Coudraz in territorio de Longiro continentem circa unam magnam

posam juxta terram Stephani Brunaz a borea, terram dicti confitentis moventem a domino Guerie a vento, et affrontat terre Petri Folli a juria, et terre dicti confitentis a lacu, quam peciam terre emit perpetue, cense 1 obolum bone monete de novo servicio et censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendum.

Item, de pertinentiis grangie de Aultal sub gracia reacheti dicto Johanneto concessi quandam peciam terre et prati sitam in territorio de Aultal loco dicto in aberatorio continentem circa scilicet terra unam posam et pratum unam falcata juxta communem ex vento et lacu, terram dicti Johanneti et pratum Nycolleti Bioudet a borea, et terram eiusdem Johanneti a juria.

Item, confitetur ut supra dictus Petrus confitens se tenere ut supra a prefatis religiosis et suis predictis in feudum ligium de bonis que fuerunt Francisci Bioudet de Longiro quondam hominis ligii prefatorum religiosorum ex emptis per dictum confitentem factis tam a dicto quondam Francisco Bioudet, quam ad Ansermeto Bioudet eiusdem Francisci filio sub graciis reachetorum ad premissa concessorum, res sequentes,

Et primo, quandam peciam prati sitam retro laz Coudraz continentem circa duas falcatas juxta pratum Petri Folli et Pernete eius uxoris a borea et juria, pratum vocatum Pra ou Dos a vento, et pratum dicti confitentis a lacu.

Item, quandam peciam prati sitam in Prato Berard continentem circa unam falcata juxta prata Perreti Pivard que (should be quam) possidet Claudius Archet ex vento et borea, et affrontat terre dicti Ansermeti a juria, et prato Claudii Revilliodi a lacu.

Item, confitetur ut supra dictus Petrus confitens pro se et suis se tenere ut supra a prefatis religiosis et suis de bonis que fuerunt Johannis Revilliodi quandam peciam prati de pertinentiis grangie... (no more text, incomplete).

(Fol. 211 is blank, and on fol. 211v there is a long notation by the commissaire G. Barrillieti, extremely difficult to read.)

211v Die vicesima mensis Junii, nota questione inter prefatum dominum abbatem suo et monasterii sui predicti nominibus ex una, et predictum Johannetum confitens partibus ex altera, super eo videlicet, quod ipse dominus abbas quibus supra nominibus petebat sibi et dicto suo monasterio remoti deliberati ? et expediri, omnia bona superius recognita tanquam commissa et excheuta causis et rationibus sequentes,

Primo, quia secundum tenorem abbergamenti de premissis bonis facti ipse confitens est obligatus et abstrictus mansionem assiduam facere domumque et familiam tenere in ipso loco de Altari.

Item, domum Johanneti ydonee domificata manutenere praque exterpere et exterpata manutenere quod ? ... ? fert et alia ratione quod ipse confitens ipsi monasterio est obligatus ... jam diu est quod infra certum tempore jam diu elapsus premissa ad ... sub condicionibus quod sunt ? infra dictum tempore premissa non ... ? ...

(It appears that the abbot may have given Johannetus three more years to fulfill the requirements of the lease ?)

212 Marchissiez

212 Johannes Arsiniars filius Jaqueti Arsiniars de Marchissier, 12 jun 1454, terciam partem unius bicheti frumenti id est duprum quarteronum ad mensuram Albone de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendam super domo dicti confitentis quam inhabitat sita apud Marchissie que fuit de bonis Vullieti Besson et dicto quondam Jaqueto patri dicti confitenti in permutacionem tradicta per Johannodum Hugueti et Margaritam eius uxorem filiam dicti Vulliermi Besson juxta domum Johannis de Bassins a juria, domum Nycolleti et Aymoneti Boubet a lacu, viam publicam a borea, et curtile dictorum Boubet a vento, witnesses Venerabilis vir Dominus Claudius Piardi vicarius ipsius loco et Stephanus Lochard de Longiro.

212v Jaquemetus Besson filius quondam Stephani Besson de Marchissie, 12 jun 1454 (anno, indicione, et die quibus supra), terciam partem unius bicheti frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Albone nomine meneydarum annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendam.

Item, de bonis Petri Barat de Marchissie confitetur ut supra dictus Jaquemetus confitens se tenere a prefatis religiosis de eorum directo dominio ex empot per ipsum facto a dicto Petro Barat quandam peciam prati sitam in Prato de laz Riondaz continentem circa unam falcata juxta pratum Johannis de Bassins a vento, viam publicam a borea, et affrontat prato dicti confitentis ab occidente, et Rochacio de Rotonda ab oriente, cense 1 denarium Gebennensem, witnesses Dompnus Claudius Piardi vicarius de Brutignier, Dompnus Petrus Cignyou capellanus, et Claudius Revilliodi de Longiro.

213 Johannes Bassins de Marchissie filius quondam Johannis de Bassins, 12 jun 1454 (anno, indicione, et die quibus supra), quandam peciam prati sitam in territorio de laz Riondaz juxta pratum quod possident heredes dicti Besson a borea, pratum dicti confitentis a vento, pratum Jaquemeti Monthou a juria, et nemus Jurie Negre a lacu, cense 4 denarios Gebennenses, witnesses Venerabiles viri Dominus Claudius Piardi capellanus vicarius de Brutignier, et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

213v Mermetus filius Stephani dou Perier, 12 jun 1454 (anno, indicione, et die quibus supra), dimidium quarteronum frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Nyviduni de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis in grangia dictorum religiosorum apud Brutignier persolvendum racione et ad causam decime dimidie pose terre site in territorio de Marchissie loco dicto ou Votunie ? juxta terram Johannis et Nycodi Bassins alias Ansermeti a juria et lacu, et affrontat terre dicti confitentis a borea, et terre Petri Barat a vento, witnesses Venerabiles viri Dominus Claudius Piardi et Petrus Cignyou capellani vicarii de Brutignier ac Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

214v **Mermetus Noblet de Marchissie**, 12 jun 1454 (anno, indicione, et die quibus supra), de bonis que fuerunt Nycodi Roberti de Marchissie et Johannis Barat ex emptis per dictum confitentem factis a Petro Barat et Jaquemeto Monthouz, res sequentes,

Et primo, quandam peciam prati sitam en laz Riondaz continentem circa unam falcata[m] juxta rochacium a juria, nemus Jurie Nigre a vento, pratum dicti confitentis a borea, et pratum Nycodi de Arsier a lacu.

Item, quandam peciam prati sitam in dicto territorio loco dicto en Rymo ? juxta pratum Jaqueti Besson a juria, viam de Gachet a borea, pratum Perreti Monthou quod possident dicti Bassins a vento, et dictam viam a lacu, cense 1 denarium Gebennensem.

Item, confitetur ut supra dictus Mermetus confitens sup et eius uxoris nominibus se dictamque eius uxorem pro se et suis hereditus et successoribus quibuscunque debere et solvere teneri prefatis religiosis et suis super domo ipsorum conjugum confitencium quam inhabitant que fuit de bonis Aymoneti Ponier et deinde Stephane eiusdem Aymoneti filie relictæ Nycodi dou Bugnyon sita apud Marchissie juxta viam publicam tendentem versus juriam a vento, ochiam dicti confitentis et eius uxoris ex borea et lacu, ochiam Mermeti de Fontana de Marchissie a juria, videlicet sex denarios Gebennenses de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendos, witnesses Venerabilis vir Dominus Claudius Piardi vicarius de Brutignier, Petrus Bioudet de Longiro, et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

215 Jaquemetus Monthouz de Marchissie filius quondam Petri Monthou, 12 jun 1454 (anno, indicione, et die quibus supra), de bonis que fuerunt dicti quondam eius patris ex successione eiusdem, quandam peciam prati sitam en laz Riondaz juxta pratum Jaquemeti Besson ab occidente, juriam communem ab oriente, pratum Johannis de Bassins a vento, pratum Mermeti Noblet a borea.

215v Item, quandam peciam prati sitam ibidem prope continentem circa duas falcatas juxta prata grangeriorum de Molenczons ex vento et borea, et affrontat cuisdam audens ipsorum grangeriorum ab occidente, pratum Johannis de Bassins et Jaquemeti Besson ab oriente, cense 2 denarios Gebennenses, witnesses Venerabilis vir Dominus Claudius Piardi vicarius de Brutignier, Petrus Bioudet de Longiro, et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

216 Nicodus (Nycodus) Besson alias de Arsier de Marchissie filius quondam Johannis de Arsier, 12 jun 1454 (anno et indicione quibus supra), unum quarteronum frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Nyviduni de et pro decima eidem confitenti seu eius predecessoribus per predecessores dictorum religiosorum ut asserit sic arrestata pro una posa terre sita in territorio de Marchissie loco dicto en Boctonye juxta terram Petri Besson et Nycolleti eius patris ex lacu, juria, et vento, terram quam possidet Mermetus dou Perier a borea annis singulis perpetue termino Beati Michaelis sub obligatione omnium bonorum suorum persolvendum.

Item, confitetur ut supra dictus Nycodus confitens pro se et suis se tenere velleque et debere tenere ac tenere constituit a prefatis religiosis et suis quibus supra de eorum directo dominio, res sequentes,

Primo, quandam peciam prati sitam in territorio de Marchissie loco dicto en laz Furtinaz ? juxta pratum quod possidet Mermetus Noblet a lacu, pratum Jaquemeti Besson et Petri Barat a juria, ochiam Claudii Ansermi a vento, et pratum Petri filii Johannis Besson a borea.

Item, unum audens ? rebatu situm ibidem juxta pratum ecclesie a borea, pratum dicti Petri Besson a vento, et affrontat prato dicti Claudii Ansermi a juria, et prato dicti Jaquemeti Besson a lacu, cense 5 denarios Gebennenses, witnesses Claudius Revilliodi et Petrus Bioudet de Longiro.

216v Jaquetus et Johannes du (dou) Mourier (Mourie), 21 nov 1454 (anno et indicione quibus supra), de bonis que fuerunt Humberti dou Coster et Petri de Bonomonte et deinde dicorum religiosorum ex abbergamento dicto quondam Vulliermo eorum patri facto per predecessores dictorum religiosorum, quandam peciam terre sitam in territorio subtus Brutignier loco dicto en les Fesses continentem circa duas posas juxta terras Johannis Frestaux et heredum Johannis Roncyn a lacu, terram seu geniperiam heredum Stephani Jaquini ? scilicet dicti Johannis Frestaulx a juria, quandam rispam nemoris a borea, et quandam geniperiam a vento, cense 1 quarteronum frumenti pulcri bladi et receptibilis ad mensuram Nyviduni, witnesses Johannes Cignyon, Johannes Frestaux, et Johannes Corbet de Brutignier.

217v Aymonetus Tactunet ? (or Cacivat, Cacinet, etc.) de Marchissie et Mermetus Noblet de eodem, 22 nov 1454 (anno et indicione quibus supra), de bonis que fuerunt Johannis Revyt et deinde Stephani Tactunet quondam ex empto per dictum Mermetum confitentem facto a dicto Aymoneto Tactunet confitente, quandam peciam prati sitam in territorio de Marchissie loco dicto en laz Vulliencyaz continentem circa dimidiam falcata juxta pratum quod nunc possidet Johannes de Bassins a borea, pratum quod possidet Stephanus Lochard a vento, et affrontat rivo dicto dou Byez a juria, et terre Johannis Probi quodam bossono intermedio a lacu, pro qua pecia prati confitetur ut supra dictus Mermetus confitens quod debentur religiosis predictis denarii census infrarecogniti quorundam denariorum asserit idem Mermetus onus supportare per dictum Aymonetum qui Aymonetus predictus confitetur pro se et suis predictis sua quecunque oblicanto bona presencia et futura se debere et solvere teneri prefatis religiosis et suis quibus supra virtute vendicionis predictae pro prato supra limicatao, videlicet sex denarios de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendos, sub condicione quod si forte contingeret dictum Aymonetum vel suos quos supra infuturum ipsorum sex denarios non solvere religiosis predictis vel suis quibus supra tunc ipsi religiosi et sui predicti suum ad dictum Mermetum Noble confitentem et suos quos supra habeant de ipso censu recursum, witnesses Johannes Gentilis alias Pictet de Bassins ac Jaquetus et Johannes dou Mourie de Marchissie.

218 Johannes Besson filius Nycoleti Besson de Marchissie, 21 nov 1454 (anno et indicione quibus supra), sextam partem unius bicheti frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Albone de et pro meneydis annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendum.

218v Item, confitetur ut supra dictus Johannes confitens pro se et suis predictis se ulterius debere et solvere teneri prefatis religiosis et suis quibus supra dimidium quarteronum frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Nyviduni de et pro decima eidem confitenti vel suis predecessoribus per predecessores dictorum religiosorum ut asserit sic arrestata pro dimidia posa terre dicti confitentis sita in territorio de Marchissie loco dicto en Botunye juxta terram Nycodi de Arsier ex juria et borea, terram Mermeti dou Perier a lacu, et terram Petri Barat a vento.

Item, confitetur ut supra dictus Petrus confitens pro se et suis se tenere velleque et debere tenere ac tenere constituit a prefatis religiosis et suis quibus supra de eorum directo dominio quandam peciam tere sitam in territorio de Marchissie loco dicto ou Moctouz continentem circa

unam posam juxta terram petri Barat a juria, terram Henrici Balli a lacu et vento, et terras Claudii Ansermi a borea, cense 8 denarios Gebennenses, witnesses Franciscus Monthero de Tertignyn mercator et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

219 Petrus Besson filius quondam Johannis Besson de Marchissie, 21 nov 1454 (anno, indicione, et die quibus supra), sextam partem unius bicheti frumenti ad mensuram Albone de et pro meneydis annis singulis perpetus termino Beati Michaelis sub suorum omnium presencium et futurorum quorumcunque obligacione bonorum persolvendam.

Item, confitetur ut supra dictus Jonhannes confitens pro se et suis se debere et solvere teneri prefatis religiosis et suis quibus supra videlicet unum quarteronum frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Nyviduni de et pro decima predecessoribus dicti confitentis per predecessores dictorum religiosorum sic (inserted above the line : ut) asserit arrestata pro una posa terre sita in territorio de Marchissie juxta terram Mermeti Noblet a juria, terram Nycodi de Arsier a lacu, terram Mermeti dou Perier a borea, et terram Jaquemeti Besson a vento, witnesses Franciscus Monthero de Tertignyn mercator et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

220 Jaquetus de Veterigrangia, 26 jun 1439, de bonis que fuerunt Stephani Ramusy ? de Veteri Grangia tam ex successione eiusdem quam ex divisionibus inter dictum confitentem ac Mermetum et Althaudum de Veterigrangia eius condvisores factis, res et possessiones infrascriptas,

Et primo, quandam peciam terre sitam in territorio de Altacuria loco dicto ouz Verney continentem circa unam posam cum dimidia juxta terram dicti Mermeti de Veterigrangia a juria, terras dicti Althaudi de Veterigrangia et Jaqueti Brent a vento, et affrontat pascuis communibus a borea, et terris Johannis de Furno et dicti Althaudi a vento, cense 3 solidos et 3 denarios Gebennenses.

Item, quandam peciam prati (written over terre ?) sitam ouz Perron ? continentem circa dimidiam falcatam juxta terram Petri Besson a borea, stratam publicam a lacu, terram Petri de Nanto et Johannete eius uxoris a juria, cense 12 denarios Lausannenses, witnesses Althaudus de Veterigrangia et Nycodus Eymonini de Gebennis notarius.

221 Petrus Byoudet et Peroneta eius uxor filiaque Vuilliermi Mochthous ? (=Monthoux ?) de Beyria (=Bière), 18 mar 1454, ex abbergamento predecessoribus dictorum religiosorum factaram perpetuam in qua dicti conjuges habent in quadam pecia vinee sita in territorio de Germagnier in Clauso de Tressires prope Crucem continente circa unam magnam posam juxta vineam domini de Mont ex juria et vento, vineam Petri Nycolleti de Exertines a lacu, et quasdam terras arabiles a borea, quamquidem peciam vinee dicti conjuges confitentes faciunt ad culturam perpetuam a dictis religiosis ad terciam partem omni fructuum in eadem crescencium et crescendorum per eosdem religiosos et suos predictos tanquam proprietarios ipsius vinee libere annis singulis perpetue tempore vindemiarum percipiendam, aliis duabus partibus ipsorum fructuum eisdem confitentibus pro suis pena et labore... (other conditions), witnesses Johannes Vuillieti habitator Gingini notarius et Vuilliermi Pillicerii de Beyria.

221v Petrus Vauterii de Brussinel (Brussinez), 11 dec 1454, de bonis que fuerunt Girardi Fermens de Brussins domicelli quondam ex abbergamento dicto confitenti facto per deffuncti religiosum Fratrem Petrum Castanerii ? monachum professum dicti monasterii ut asserit dictus confitens, quandam peciam terre, planchie, et nemoris sitam in territorio de Brussins loco dicto en Lestang prope Mellie continentem circa duas posas juxta terram et planchiam Girardi Galliardi ? alias de Sambonet (=de St. Bonet ?) a vento, terram seu planchiam petri de Brussinel domicelli a borea, et affrontat terre seu planchie grangie de Mellie a juria, et terra seu planchie Girardi Jacodi a lacu, cense virtute abbergamenti predicti facti de ipsa pecia terre que tunc vacabat propter sterilitate eius, videlicet 2 solidos Lausannenses de censu annis singulis perpetue termino Beati Michaelis persolvendos, licet dictus quondam Girardus Fermens et sui predecessores dicto monasterio debebant pro ipsa terre ut recognoverunt et in pluribus instrumentis dictorum religiosoru continetur 2 cupas frumenti ad mensuram Nyviduni, witnesses Nycodus Aymonini ? de Gingins et petrus Symondi de Castro Forti clericus.

222 Petrus Besson de Dullid (Dullit) parrochie de Brussins, 12 dec 1454 (anno et indicione premissis), de bonis que fuerunt Margarite filie Aymoneti Tartignier uxoris Petri Martini habitatoris de Dullit fabri et Ysabelle sororis dicti Margarite avie paterne dicti confitentis tam ex partagio dicte Ysabelle per dictam Margaritam facto quam ex successione dicti quondam Petri eius patris sibi et heredibus dicte Ysabelle quondam, medietatem per indiviso cum Stephano Benedicti de Brussins seu Dyonisio de Sancta Polyta (=de Sancto Hippolyto ?) possessore pro dicto Stephano Benedicti cuiusdam pecie prati site in territorio de Brussins loco dicto in Rubro Prato continentis circa tres falcatas juxta pratum Hugonini du Mas a vento, pratum quod fuit Johannete Primatoz seu Guilliermi de Gland a borea, prata[m] dicti confitentis et prioratus Romanimonasterii a lacu, et pratum Johannis Thomasset quod fuit Mermeti Manney ? de Gilliez a juria, cense 6 denarios Gebennenses.

Item, confitetur ut supra dictus Petrus confitens pro se et suis se tenere ut supra in emphityosum perpetuam a prefatis religiosis et suis quibus supra de bonis que fuerunt Peronete filie Jaquemeti Benedicti uxoris Perreti Bory de Gland ex empto per dictum confitentem facto sub gracia reacheti a dicti Peroneta et Stephano Bory eius filio quandam peciam terre sitam in territorio de Gland ouz Noyset loco dicto en laz Curtaz Rey continentem circa duas posas juxta vias publicas tendentes de Dullit versus Nyvidunum a lacu, terras Guilliermi Balli et plurium aliorum a juria, terram Johannis Cristini a borea, et terras Johanneti de Putheo et plurium aliorum a vento, cuius pecie terre Stephanus Bory onus census supportat, witnesses Discreti viri Johannes Vuillieti habitator Gingini et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

222v Mermetus Mugneron de Dullit parrochie de Brussinel, 08 apr 1454 (anno et indicione quibus supra), de bonis que fuerunt Peronete filie Jaquemeti Benedicti uxoris Perreti Bory de Gland ex adquisito per dictum confitentem facto sub gracia reacheti a dicta Peroneta et Stephano eius filio, quandam peciam prati sitam in territorio de Gland ouz Muret loco dicto in Mareschiis supra laz Lignyraz ? continentem circa unam falcatam juxta pratum Johannis Cristini quod possidet idem confitens a borea, pratum Perreti ? Symondi quod possidet Johannes Gex a vento, terram Johannis Cristini a juria, et pratum Petri Mugnerii de Dullit a lacu, pro qua pecia prati et eciam una alia pecia prati sita ouz Bie quam possidet Francisci Mugnerii notarius et Allesia eius uxor et duabus posis terre sitis en laz Curtaz Rey quas possidet Petrus Besson de Dullit que fuerunt dictorum Peronete et Stephani ipse Stephanus supportat censum decemocto denariorum

Gebennensium virtute reachetorum sibi pertinencium in rebus predictis, witnesses Stephanus Jannineti de Longiro et Petrus Chambard de Mollens.

223 Johannes Vouchy alias Fabri de Exertines, 18 dec 1453, ex elemosina dicto monasterio legata per Dominum Arduynum de Pysy militem, res sequentes,

Et primo, quandam peciam terre et nemoris sitam in territorio de Exertines loco dicto eys Rippes continentem circa quinque posas juxta nemus Nycodi Merminodi et Johannis Hugoneti heredum Perrodi Jaquinodi, terras dicti confitentis, Stephani Mugneti ? (elsewhere Miguet or similar ?) et Perrodi Jaquinodi a vento, terram Nycodi Merminodi et nemus Perrodi Jaquinodi a juria, terram Nycodi Merminodi et nemus Stephani Begoz a lacu, cense 8 denarios Gebennenses, witnesses Johannes de Mongilliand de Sancto Engendo de Roctires et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

223v Nycodus Mermynodi habitator de Exertines, 18 dec 1453 (anno, indicione, et die quibus supra), ex elemosina dicto monasterio legata per Dominum Arduynum de Pysy militem de bonis que fuerunt Bernardi Folly de Exertines ex successione cuiusdem, res sequentes,

Primo, quandam peciam nemoris sitam in territorio de Exertines loco dicto in Rispis Fabrorum continentem circa duas posas juxta viam publicam tendentem de Bogiez ad laz Verenchiz ? a borea, nemus Stephani Begoz a vento, terram heredum Perrodi Jaquinodi a juria, et nemus Johannis Hugoneti a lacu.

Item, et quandam peciam terre sitam ibidem prope continentem circa duas posas juxta pratum Roleti Forrachon quodam rivo intermedio a juria, terram Johannis Vouchy a lacu, pratum Johanneti et Petri Nycolleti a vento, et quandam planchiam vacantem a borea, cense 8 denarios Gebennenses, presentibus quibus supra.

224 Montisveteris

224 Johannes Barberii de Bugnyouz, 18 feb 1454, de bonis que fuerunt Francesie filie Petri Flamens ? uxoris Glaudii de Crosa ex empto per dictum confitentem facto a dicta Francesia [et ?] Johanne de As ? eius quondam viro, quandam peciam prati sitam en Sougey continentem circa quatuor falcatas juxta pratum Jaquemeti Flamens a vento, pratum Johanneti et Glaudii Trolley a borea, pratum dicti Jaquemeti Flamens a juria, et terram dictorum confitentis et Jaquemeti a lacu, cense 18 denarios Gebennenses, et hec in exoneracionem dictorum Francesie et Glaudii conjugum, witnesses Johannes et Petrus Gay fratres de Villar et Petrus Symondi de Castro Forti clericus.

224v Reymonda filia quondam Francisci Vivent de Vinsel suo proprio et Stephane eius uxoris relicteque Stephani de Villar nominibus, 01 oct 1455, de bonis que fuerunt dicti quondam Francisci eorum patris ex successione eiusdem, res infrascriptas,

Et primo, quandam peciam vinee sitam in territorio de Vinsel loco dicto in Vinea de Bonomonte a parte venti dicti loci de Vinsel continentem circa duas posas juxta vineam Peronete relicte Perreti Vulliaux et vineam que quondam fuit Petri Munestier (elsewhere Monestier) et

eius uxoris a borea, vineas Johannis Champions et suorum fratrum et dictarum sororum que fuit Nycodi de Sealclens (=Senarclens) quodam riva intermedio a vento, et affrontat semite tendenti de Vinsel versus Luins a lacu, et cuidam alteri semite et vinee Nobilis Ludovici de Pitignier a iuria, quam peciam vinee faciunt et colunt dicte sorores facereque tenentur ad feyturam perpetuam ad medietatem omnium fructuum in eadem vinea crescencium et crescendorum per eosdem religiosos et suos quos supra seu Johannem de Valle cui medietatem predictam accensaverunt annis singulis perpetui tempore vindemiarum tanquam proprietarios ipsius vinee libere et franche percipiendum alia medietate dictorum fructuum unacum duobus sextariis muste super omnibus fructibus ipsius vinee eisdem sororibus et suis predictis tanquam cultricionis ? dicte vinee pro suis pena et labore remanentibus et pertinentibus, levatis prius super communi fructu vinee predictae decima et garda.

